



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 4. De hæresi,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

## C A P. IV.

## De heretis.

## S V M M A R I V M.

- 40 Tractantes de heresi, & ratio illius nominia.  
 41 Definitio heresit.  
 42 Error ad conditionem heresit requisitus.  
 43 Pertinacia quam debet habere coniunctam.  
 44 Distinctio heresit a reliquo infidelitatibus, & modus in eam labendi.  
 45 Obiectum circa quod errando heresi incurritur.  
 46 Propositionem qua certo sunt Catholica, duo genera.  
 47 In quo consistat pertinacia constitutus heresit.  
 48 Quo modo ignorantia, in re fidei errantem excusat ab heresi.  
 49 Dubius in fide, aut cobibens assensum circarem de fide, quantum iudicandus sit hereticus.  
 50 Hereticus dicitur, sum imprope, & materialiter; tum proprie, & formaliter.  
 51 Nondum baptizatus censi potest hereticus, ex sententia Alphonsi à Castro, si in fide erret, sufficiens de ea instruitus non item is, qui licet insens baptizatus fuerit, non est tamen postea in fide instruitus.  
 52 De eo qui iniurias fidem Catholicam proficitur, & ijs qui alterius dictis perinde firmiter credunt, ac credent artibus fidei.  
 53 De eo qui credit aliquid tanquam dogma fidei, cum non sit talis dogma.  
 54 Quid sit propositio heretica, quid non Catholica, quid erroris, & quid sapientia de heresi.  
 55 Quid sit sapiens heresit, quid temeraria, quid scandalosa.  
 56 Quid male sonans, quid schismatica, quid iniuriosa.  
 57 Sex gradus hereticorum.  
 58 Quibus heretici sunt tantum animo, incurront solas pars a Deo impositas: qui autem heresim signo externo prodiderunt, Ecclesiasticis quoque incurvant: & quas illi qui sunt occulti, quas illi qui manifesti sunt.  
 59 Quatenus illi qui aliquo debito sunt adfricti hereticis, liberantur ab eo propter ipsius heresim.  
 60 De debito fidelitatis.  
 61 De debito dominij, & obsequij.  
 62 Pena aiure imposita hereticis quarum executione requiri sententiam Iudicis: quarum aliae retrahuntur post dictam sententiam.  
 63 Alio vero valent ad exceptionem aduersus hereticum, etiam antelatam eandem sententiam.  
 64 Panhereticorum, quae tantum habent locum post Iudicis sententiam.  
 65 Alio que locum non habent, nisi cum sententia executioni mandatur.  
 66 Duodecim genera personarum, que prater hereticos in executionem incurvant intutu heresos.  
 67 Quinque personarum genera que eodem intuitu incurvant alias partes non omnino spirituales, sed quasi temporales.  
 68 Sex alia genera earum, que etiam non puniantur aiure, sunt tamen respectu heresos pœna digna.  
 69 Recipendi sunt heretici recipientes.  
 70 Quoniam recipiunt.  
 71 Requisita ad modum recipiendi in foro interiori.

40 D E heresit in iure Canonico agitur 23. quæst. 7. & 24. quæst. 3. apud Gratianum: & in titulo de hereticis quem habent reliqua partes eiusdem iuriis. Agitur item à D. Thoma ac interpretibus ipsius 2. 2. quæst. 11. itemque in verbo Heresit vel hereticus à Summularijs: vtque alios omissam a Alfonso à Castro in libris Dei iusta hereticorum punitione, & a Melch. Cano in lib. 12. De locis Theologicis cap. 7. 8. 9. 10. & latius à Turrecremata in summa de Ecclesia libr. 4. part. 2. itemque nouissime a Thoma Sanchez in opere moralib. 2. cap. 7: & lequentibus magno numero. Quæ vero ad Confessarij institu-

tionem necessaria videntur, complectemur aliquor quæstionum explicatione.

## Q V A E S T I O I.

Quid sit heresit.

**H**eresit ~~et~~ id est, ab eligendo Græce dicitur, Latine sonans electionem, vt in cap. Heresit, 24. quæst. 3. ex D. Hieron. notatur. Quod nomen ad significandam opinionem fidei Catholicae contrariam ( quam quis sibi eligendo naufragium in ipsa fide facit, etiam Christo adhærescere intendat ) ideo huc usurpatum, quod cum electio sit mediotorum ad finem conduceantum: tali opinione imbutus adhærescens Christo, recedit a medijs ad salutem conducentibus, quæ ille tradidit: eligitque ea quæ propria mens & opinio fuggerit. Ita habetur ex D. Tho. in cit. quæst. 1. art. 1.

Definiri autem potest heresit, quod sit error pertinax, in eo qui fidem profiterut, manifeste contrarius illi veritati qua certa Catholica est. Cuius definitionis prima pars, hoc est error, loco generis ponitur potius, quam infidelitas, vel peccatum; vel etiam opus carnis ( vt posset congruerter Apostolo ad Galan. 5. v. i inter opera carnis numerat scilicet, Grecie ~~et~~ <sup>et</sup> ~~et~~ ) vel opus Diaboli ( iuxta illud quod idem Apost. prioris ad Timoth. 3. heres vocat doctrinas dæmoniorum ) quia melius per errorem, quam per aliquid ceterorum heresit natu a exprimitur.

Duo vero talis erroris includit: tempe falsam credulitatem in intellectu, in quo inest: non quam ipsum virtutum, sicut est contra, fides inest etiam virtus: & peruersum affectum in voluntate: a quo, sicut fides ab affectu pio, incipit & habet ut actus sit liber, constitutus peccatum commissum contra præceptum diuinum de credendo, & de non inferenda fidei iniuria. Colliges autem ex hac parte: quod etiam si adit peruersitas voluntatis, si ab intellectu absit incredulitas, abesse quoq. heresim. Neq; enim censendus est hereticus qui inachatur, aut qui confundit vel adorat dæmonem, vel corpus Christi concubat pedibus, aliudve horrendum peccatum committit contra dictamen veritatis fidei, nisi in intellectu sit error, quo talia licita esse credantur: vt ex D. Thoma P. lud. & D. Anton. recte admonet Iacobus à Graphijs lib. 2. decis. aut. cap. 8. num. 2.

Colliges similiter quantumvis sit error in mente, non esse heresim, si absit ( a quo ille principiat ) voluntatis affectus contra ecclesiam Romanam, utendo ei contradicere aut etiam si non intendat: velut tamen lequi eam opinionem quam scit contrariam esse determinationi ecclesie Romanæ quæ Christi institutione est regula doctrinae fidei, & Iudex contrariantur errorum. Quo affectu, quia is caret, qui inincibiliter ignorat, aliquid ex determinatione ecclesie, continere primæ & infallibilis veritatis revelationem: quantumvis erit circa illud, et si res sit fidei, excusabitur ab heresi. Id quod censi potest videntur quibusdam rudiibus inter Græcos qui duci majorum suorum autoritate, putant apud suam ecclesiam esse Dei revelationem.

Secunda pars, hoc est pertinax, indicat illud quod formaliter rationem heresit constituit ac complevit: vt enim occiso hominis materialiter tantum est peccatum homicidij, si non sit iniulta: & concubitus soliti cum soluta materialiter tantum est fornicatio, si interueniatur inuincibilis facti ignoranta, vt in Jacob respecta Lys Cenes. 29. & acceptio rei alienæ, materialiter tantum est furium, si non fiat iniusto iuste domino. Ita & error circa res fidei, materialiter tantum est heresit, si non sit pertinax: adeo vt heresit materialiter esse nequeat absque pertinacia. Quod confirmatur, quia vt a candore candius, sic ab heresi denominatur hereticus. Ad rationem autem hereticis, vt hereticus est, pertinaciæ requiri patet ex cap. Dixit Apostolus & ex cap. Qui in ecclesia 24. q. 3. Vnde in cap. Damnamus De Summa Trinitate sub finem, hereticis esse declarantur qui presumperint defendere errorem Abbatis Iohachim de conscientia diuina: non autem Abbas ipse: quia suum iudicium S. Romanæ ecclesiæ iudicio submisit, ideoque pertinax in suo errore minime fuit.

41.

42.

43.

44.

Tertia pars definitionis, in eo qui Christi fidem profitentur, indicat subiectum hereticos, eumve qui ab illa heretico dicitur; separataque illam ab alijs infidelitatibus speciebus: quæ ab eo in quo insunt, excludunt omitem professionem veræ fidei: sive nunquam suscepta, ut pura infidelitas, sive post suscepsum repudiata omni ex parte, ut Apostasia: Aduertere autem, quod etiæ quis ceteros omnes fidei articulos profiteatur: si vnicum pertinaciter neget, ipsum à fide excidere, & in heresim incurtere: tum quia defert propriam rationem fidei: quandoquidem ceteris articulis quos retinet non credit quia proppositi sunt ab ecclesia; sed quia illi ita videtur: Alioqui enim propter eandem rationem, illum quem negat, sibi perinde ac illos persuaderet. Tum quia talis necessario credit ecclesiam; in fide errare posse: neque enim aliter negare, seu falsum esse sibi persuadere potest, quod ea proponit tanquam verissimum.

45.

Reliqua pars definitionis indicat obiectum circa quod errando incurritur heresim; quod est falsitas manifeste contraria illi veritati, que certo Catholicæ est: ita ut heres iudicari non debeat error, etiam peritax in homine Christiano, manifeste contrarius veritati physice, aut alteri quæ non est Catholicæ: ut quod Sol sit bipedalis: quod nullus sit signis elementaris. Neque item error de quo non constat an sit Catholicæ fidei contrarius: ut quod ignis inferni licet verissime torqueat, non sit tamen verius signis sed metaphoricus. Nec demum error manifeste contrarius veritati fidei quam non constat certo Catholicam esse: seu definitam esse ab ecclesia Romana tanquam de fide tenendam ab omnibus: ita ut hereticus non sit censensus persistens in taliteriore, quantumvis de eo admoneatur à viris grauiissimis (etiam si pccet peccato remitteritis) dummodo pateret suam opinionem non esse contra Ecclesiæ Romanae determinationem. Errorum enim in materia fidei priusquam ea definita sit ab ecclesia, non esse heresim. Canis in lib. 12. de locis Theologicis c. 7. D. Th. & Caïet. secutus ostendit. Tum quia Concilium Conf. sess. 8. distinguunt propositiones hereticas non Catholicæ; sed erroneous, sapientibus heresim: cuius distinctionis ratio vix afferri posset, si omnis error in materia fidei heres est, etiam antequam ab ecclesia definitur. Tum quia omnis propositio quæ modo heretica est, semper fuisset heretica: nec possent hereses distinguiri in veteres & nouas: cuius contrarium patet ex cap. Achatius 2. 4. quæst. i.

46.

Porto propositionum quæ certo Catholicæ sunt prout ex D. Aug. Bannes refert 2. 2. q. 11. art. 2. in expositione 2. conclusionis, quædam ad fidem direcťe & immediate pertinent: id est, sine consequentiā rationis cadunt sub fidem: ut articuli fidei, atque adeo omnia quæ sunt in sacra Scriptura: ac traditiones Apostolicae & definitiones Conciliorum ab Apostolica Sede approbatiorum. Quædam vero pertinent indirecte & mediate: nempe ex ex quarum negatione, necessario per bonam consequentiam inferitur falsum esse aliquid, quod ad fidem immediate pertinet: ut si quis neget Christum esse risibilem, indirecte & consequenter errat in fide: quoniam per consequentiam naturali lumine manifestam: inde inferitur quod Christus non sit homo perfectus.

## Q V A S T I O II.

In quo consistat pertinacia ad rationem heresos necessaria:

47.

PRO responsione dicendum videtur tales pertinaciam consistere in eo, quod error cui aduenit, sit scienter contra ecclesiam Romanam: ita ut per eum, huic quæ est fidei regula, contradicens, sibi ea ratione austerat principiū correctionis eiusdem lui erroris. Quod vero Sylo. Hæresis l. nu. 5. vult ad pertinaciam requiri temporis diuturnitatem & perseverantiam aliquam Bannes ad ante citatum locum D. Thoma in expositione 1. particula definitionis, merito reicit: dicendo in eodem momento quo aliquis authoritatē ecclesia, sibi contrariam esse sciens, assentit alicui propositioni, statim ipsum in suo assentio pertinacem esse sufficienter ad hæresim: quia si in momento potest haberi consensus sufficiens ad peccatum adulterij vel

homicidij: quidni etiam poterit in momento haberit consensus sufficiens ad crimen hæreco?

Addit idem author (quod continet restrictionem eius quod paulo prius dictum est) cum non esse hereticum censendum qui etiam per se in aliquo errore, fidei contratio: ignorat tamen ipsum contrarium esse definitioni ecclesie (nisi habet animum ut quantumcumque talis error eidem definitioni contrarius est, de sua nihilominus opinione dimouerit oller, nec per Ecclesiæ autoritatem corrigi: quia in ipso fidei ratio formalis inde defrueretur. Quod quidem procedit, non modo cum ignorantia fuerit in unicilibus vel probabilis, ut solerit esse in multis rusticis, qui propter ea excusantur a peccato, quod nequiverint veritatem fidei errori suo contumaciam addiscere: sed etiam cum fuerit vincibilis atque culpabilis: ut est in ijs qui fidei veritatem suo errori contrariam addiscere potuerint & neglexerint: hi enim quantumvis graviter peccanti negligenter: non sunt tamen censendi heretici, quia non peccant infidelitate, tanquam ijs qui propositio nem contraria fidei eligant in illius iniuriam: sed peccato omissionis & negligenter discendi quod debuerunt & potuerunt: sicut discipulus qui ex ignorantia & studendi negligenter erat, non offendit magistrum tanquam iniurias in illius doctrinam, sed tanquam negligens in studio. Veruntamen si ignorantia fuerit procurata & affectata, etiæ non debet conferi coniuncta cum hæresi: si tantum sit ex tædio discendi: tamen si sit ex intentione errandi in rebus fidei contra ecclesiam Romanam, non excusat ab hæresi: quia talis intentio tantum est in eo quicunque definitionem ideo ignorare vult, quod eamdem in dictis rebus falli posse potest. Quodquidem sufficit ad hæresim, etiam si quis nullum alium errorem habeat contra speciem ecclesiæ definitionem: quoniam ea ratione tollit sibi principium correctionis, dependens ex eiusdem ecclesiæ autoritate.

De dubitatione quæ media est inter scientiam & ignorantiam, habetur in cap. 1. De hereticis: quod dubius in fidei infidelis sit. Id autem intelligendum est cum distinctione. Nam dubitatio quædam est habens animi pertinaciā, qua quis scienter aduententerque dubitat in ijs quæ nouit esse de fidei Catholicæ, vt, An sit vita æternæ contra illam symboli articulum. Credo vitam æternam: talisque dubitatio inducit hæresim. Quædam vero est quæ procedit a scrupulo conscientiae, aut a primis motibus, quibus dubitanus non consentit, sed resistit auerando quidquid est contrarium fidei traditæ ab ecclesia Romana, cui optat se in omnibus conformare: & talis dubitatio non inducit hæresim, cum sit potius pena quam culpa (quandoquidem contra voluntatem contingit) immo sit materia meriti in eo, qui se firmans in recta fide, talibus motibus resistit, perinde atque is qui inuitus patitur prauas cogitationes, ex cap. Sed pensandum est, distinct. 6. Signum moraliter certissimum quod dubitatio tantum sit huius posterioris generis. Bannes ex Cano refert, quod quis in ipso conflitu magna molesta afficiatur, tanquam odio habens errorem, & diligens veritatem. Atque hoc quod de dubitatione dicitur, similiter intelligendum est de cohibitione assensus; quia quis vitetur circa ea quæ nouit esse de fide: si enim vitatur deliberare; quia renuit assentiri veritati, quæ scit esse Catholicam, hæreticus est: non item si ea vitatur ex scrupulo vel alio motu quem inuitus patiatur.

## Q V A S T I O III.

Quisnam censenus sit hæreticus.

Hæreticus sicut & hæresis dicitur duplicitate: uno improprie & materialiter de eo, qui quomodo cumq; tenet errorem fidei Catholicæ contrarium: altero modo proprie & formaliter de eo solo, qui vere habet hæresim superius definitam. Ita viris hereticis propriæ sit, qui se mel Christi fidem professus est, & nihilominus sub nomine Christiano resistit doctrinæ Christi, ab aliqua eius parte recedendo pertinaciter. Atque si talis aliquis nouum hæresim excogitauerit, aut multorum hæreticorum principes & antesignanus fuerit, hæresiarcha dicitur: cap. Qui aliorum 24. quæst. 3. vt Arius, Lutherus, Calvinus

& eius-

48.

49.

50.

51. & eiusmodi. Colliguntur vero, quædam ex ea definitione.

Primum est illud, quod Alphonsus à Castro adferit in lib. 1. de iusta hæretorum punitione cap. 8. Catechumenum plene instrūtum in fide Catholica, & postea ab ea pertinaciter recedentem, merito esse hereticum dicendū: quia hæresim habet etiam si non subiiciatur pœnis & iudicio ecclesie, nondum in casu Baptismo. Nihil est autem, quod in eo immoremur, ut pote remoto à præcepto nobis proposita.

Secundum, de quo in præcedenti dubit. 2. idem author: Baptizatum in infancia, postea inter Turcas aut hæreticos aliosve infideles educatum in eorum perfidia, non esse dicendum hereticum; etiam si quando perueniat ad ysum rationis, tenet aliquem errorem veritatis Catholicae manifeste contrarium: nisi postquam fuerit de fide sufficenter instruētus, eundem errorum pertinaciter retineat. Ratio est: quia ignorantia talem excusatà pertinacia requista ad hæresim. Deinde quia ad hæresim committendam, non sufficit accepisse virtutem fidei in baptismo, sicut neque ad credendam: sed adhuc requiritur fuisse à Doctore sufficieret instrūtum de rebus fidei, iuxta illud ad Rom. 10. Quomodo credere ei quem non audierunt? Vide antedicta, num. 16.

Tertium est: Eum non esse hereticum dicendum; qui non ex animi sententia, sed meta & aliquo modo coactus; arque induitus prohetetur fidem hereticam, vel hæretorum articulis subscriptum. Quod absolute vetum est quoad forum conscientiae: quoad forum exterum vero, tunc solum, cum talis probare potest se id fecisse coactum & non sponte, 15. quest. 6. c. 1. Quanquam eiusmodi siue professo siue subscriptio metu vel iniuste facta graue peccatum est, ut ibidem glosa annotat ad verbum Erroris: & pater ex dictis in præced. cap. 2.

Quatuor est, de quo adhuc Alphon. à Castro in sequenti dubit. 4. Eos non esse dicendos proprii hæreticos, qui dictis aliqui particulis hominis ita firmiter credunt, ac credent in multis fidei. Nam hoc dupliciter contingere potest, uno modo, ut quis propterea taliter credat, quod putet illum alium nihil velle certo affirmare, nisi quod certo est fidei dogma: qua ratione tantum abest, ut credere sit hæreticum inquit potius si pium, preferens in inferioribus, rudibus & incruditis, qui dictis suorum pastorum & priorum ac eruditorum Theologorum, modo credunt. Altero modo contingere potest, ut quis credit, vel paratus sit credere aliquis dictis siue dogma fidei contineant siue non: perinde accederer ipsiis rebus fidei: qua ratione credere, non est quidem hæreticum proprie: est tamen temerarium & magna leuitatis, iuxta illud Ecclesiastici 19. Qui cito credit, leuis est corde. Et ita fere solent suis hæretischis credere illi qui ab eis seducuntur, percutentes contra fidem per excessum credulitatem nimia prouenientem ex levitate cordis.

Similiter potest bifariam contingere, ut aliquis illud quod non est de fide, perinde certo credit ac est fidei dogma aliquod fidei: uno modo, ex affectu aliquo pio & bono, quem in se fenuit: ut si quis ex affectu pietatis erga beatam Virginem certo etiam conceptum esse sine peccato originali ceteret, perinde ac dogma aliquod fidei, quamvis licet non esse dogma fidei: sive credere non est hæreticum sed potius pium. Altero modo ex errore, quo credit illud vere esse dogma fidei quod vere non est: sive virtus est nimis credulitatis, contrarium fidei per excessum, non autem hæresis: ut si quis ita credit B. Virginem esse concepam sine peccato originali, ut credat quoq; hæreticos esse eos qui contra sentiunt, tanguam negantes dogma fidei, mortaliter peccat nimia credulitate, quæ si manifestata sit externo signo, in excommunicationem quoque incurrit per Extravag. communem Graue nimis, De reliquis & veneratione Sanctorum: innovatam in Conc. Trident. sell. quinta in decreto De peccato originali, §. vi. ultimo: & à Pio quinto in bulla que incipit, Super specula, edita anno Domini

1570.

## QVASTIO IV.

Quomodo distinguuntur propositiones hæreticae, non Catholicae, erroria, suspecta de her. s, & alia similitudinotis propositiones.

52. Q Via nonnullæ propositiones quæ non sunt hæreticas, aliquam similitudinem gerunt hæreticarum, ad ha- rum distinctionem ab illis, breviter docendum est, quid quæque earum sit.

Propositio igitur hæretica ut mente formatur, coincidit cum hæresi superius explicata: ut vero formatur voce, vel scripto, tantum est signum hæreses, eam in mente latenter, exteriori chancians. Propositio vero non Catholica, est quæ fidei Catholicae aduersatur, a quocumque proferatur, ita ut materialiter nihil differat ab hæretica.

Propositio erroria (ut & sequentes sive omnes) accipi potest: tum generaliter, ut sit quid superius hæretica, & alijs similis note: tum specialiter, siue ut species ab hæresi & alijs similibus distincta: Quæ tunc habet gradus, ut tradit Canus in lib. 12. de locis Theolog. cap. 10. quorum primum tenent propositiones repugnantes quidem veritatis Catholicae: non tamen pertinenti ad fidem. Vbi aduertere duplices esse veritates Catholicae, seu quæ ab universali Ecclesia tenentur: quasdam spectantes ad fidem, quibus sublati fidem tolli necesse sit: ut Deum unum esse & unum, hisque opponitur hæresis: quod datur vero, quibus sublati infirmatur quidem fides, sed non perit omnino: ut Religiosos posse mendicare, nec obligari viatum labore manutinere querere: & propositiones talibus opposite, dicuntur erroriae. In secundo gradu sunt ex propositiones quæ manifeste repugnant illis: quas Doctores communiter dicunt esse diuinis reuelatas, etiam si non sint expresse ab Ecclesia definitæ: quo modo exponere accipi potest propositio. Quod B. Virginem concepta in peccato originali: errori scilicet Theologico, ut Doctorem quemdam appellare voluisse Alphon. à Castro meminit in lib. 1. de iusta hæret. punitione cap. 3. In tertio gradu consentent esse propositiones ex, quæ etiæ non sint aperte contrariae veritatis Catholicae, à doctis tamen probabiliter putantur esse contraria: ut quod genit. eterni non sit verus ignis, sed metaphoricus.

Propositio suspecta de hæresi est, quæ cum habere possit unum sensum Catholicum, & alterum hæreticum, ratione personæ à qua profertur, hæretica censetur, ut hæc, Pater est maior filio si profertur ab Ariano, qui filium non tantum ut hominem, sed etiam ut Deum, Pater minorem esse credit: quod hæreticum est.

Propositio sapiens hæreticum est, in qua sagaci quasi odoratu virorum prudentium, praesertim Theologorum peritorum, aliquid recte fidei contrarium includi deprehenditur: ut in hac Calvinistarum. Ridiculum est getare per vicious Sacramentum Eucharistia in supplicationibus: in qua sagax Theologus subfasciat latere hæresim: quod Christus non sit reipsa in Eucharistia. Videri potest Canus loco citato.

Propositio temeraria specialiter simpliciter in materia fidei, est quæ de spectantibus ad fidem aliquid enunciat, quod nulla ratione, nullaque auctoritate probari potest: quales sunt hæreses. Dies iudicij erit infra annum. Iohannes Evangelista fuit sanctificatus in matri utero: & id genus alia. Attamen ut in cap. 3. monet Alphonsus, ab hac temeritate nota liberatur propositio: quæ quamvis auctoritate & ratione caret, habet tamen aliquam verisimilitudinem; praesertim si ex illius assertione aliquid utilitatis oriri potest: ut ex multis enunciatis quæ vici contemplati verosimiliter imaginantur, queque populo narratae, optimi inde affectus suscitari possunt.

Propositio scandalosa est, quæ præter occasionem tueri, errandive in fide, siue hæretica sit: ut illa: Quod quilibet tyrannus potest licite a quocumque subdito occidi: damnata in Concil. Constant. sess. 15. tanguam hæretica & scandalosa: siue hæresis in ea notari non possit. Cuiusmodi sunt plurimæ in commentariis illis Erasmi colloquis,

53.

55.

&amp; in

& in Apologia Herodoti per Henricum Stephanum: quibus vel occulta Monachorum vitia perstringuntur: vel falsa prorsus finguntur. Sunt item enumerationes incommodeorum confessionis auricularis: vel abusuum qui in Ecclesiam irrefertunt; aut aliorum quae fidibus proposita, prestant in firmis causam ruinæ: quorum aliqua sub finem ciat cap. decimi commemorat Canus.

Propositio male sonans, & pium autrum offensua, illa est, que quamvis nihil continet fidei manifeste contrarium, continet tamen aliquid quod pias aures merito offendere possit. De qua plenius in eodem cap. 10. Canus; admonens haec non esse spectandam ex vulgi & plebecula aribus, cuius iudicium crassum est sed ex aribus viri peri-  
tii, prudentis ac Theologii: in exemplumque adserentum hanc, Quod graduationes & magisteria viri heretorum lumen  
vana gentilitate introducta: & tantum profite quantum  
diabolus: tum alias à Concil. Constan. notatas, in quibus  
recesseris nihil est cur immoremur.

Propositio schismatica & seditiosa est, que vniōmem  
memborum Ecclesie: aut viuēsalitatem aut particulariter  
quomodo libet tollit. Quales sunt haec: Papa non est supe-  
rior Episcopo, nec Episcopus simplici Sacerdote, Malo  
Praelato non est obedientium; & aliae similes.

Propositio demum iniuriaosa est, quæ alium fidem statui,  
vel alicui illustri personæ detrahit: quales sunt haec: Om-  
nes de ordine Mendicantum sunt heretici. Papa est Anti-  
christus, Cardinales sunt ministri Antichristi, & aliae quas  
notaras à Concil. Confant. commemoras Alfonso us  
Castro sub finem citati cap. tertii. Vbi & admonet haec  
memoratas propositionum species non esse ita distinctas,  
qui coincident: vnaque & eadem propositio possit si-  
mul esse heretica, scandalosa, temeraria, schismatica &  
iniuriaosa: ut illa Ioann. Wiclef. Religiosi viventes in religio-  
nibus priuatissimis sunt de religione Christiana. Heretica  
enim est tanquam contraria vniuersalis ecclesia definitio-  
ni: scandalosa vero, quia professa suadet ut vota Deo num-  
cupata violent. Temeraria, quia nulla prorsus ratione aut  
authoritate fulcitur. Schismatica, quia Ecclesia & unitatem  
violat separando ab ea Religiosos; & denique iniuriaosa,  
quia detrahit statui religioso.

## Quæstio V.

Quos &amp; quae sint paucæ hereticorum.

**H**uius & sequentis questionis explicatio eo pertinet,  
ut ad illius peculiare odium & detestationem, pateat  
quam enorme, quamque perniciolum sit crimen heretico-

Prænotandum est autem sex hereticorum gradus dis-  
tingui. Primus est eorum, qui animo tantum sunt heretici,  
neccum externum signum heresios ediderunt. Secun-  
dus eorum qui heresim animo conceptam, opere quidem  
externo prodiderunt, sed clara & occulte tantum. Tertius  
eorum qui animo conceptam heresim palam & manife-  
sta, opere exterriti prodiderunt. Quartus eorum quorum  
hereses ad Ecclesiæ tribunal externumve forum delata  
iunt, & examinatur, vel breui examinabuntur. Quintus  
eorum qui iam de heresi conuicti sunt, & per Iudicis  
sententiam condemnati. Sextus eorum in quos prolatæ  
Iudicis sententia, est executioni mandata. Iuxta quos lex  
gradus, sex sunt genera paucatum hereticis ipsis decreta;  
singulis singula: de quibus dicendum nobis est, & copio-  
se tractat Thom. Sanchez loco memorato in huius capi-  
tio.

Primum igitur genus paucatum quas incurunt qui so-  
la mente, seu interior tantum sunt heretici, comprehen-  
dit duas à Deo inflatas: prior est reatus peccati mortalis,  
& quidem gravissimi, in hac vita; posterior est æternæ damnatio,  
in vita futura, ex cap. Firmissime, De hereticis. Quod  
confirmatur per illud cap. II. ad Heb. Sine fide impossibile  
est placere Deo. Non dantur ab Ecclesiæ inflictedæ, quo-  
niam ea non iudicat de occultis, in mente latentibus om-  
nino.

Secundi generis paucæ, quas scilicet incurunt heretici, qui  
heresim animo conceptam signo quidem externo prodiderunt, sed

tantummodo occulto, sunt tres. Prima excommunicatio, per  
cap. Excommunicamus I. & 2. De hereticis. & Bullam ce-  
næ Domini; ad exemplum scilicet D. Pauli, qui ex priori  
ad Timoth. cap. I. Alexandrum & Hymenæum tradidit  
Satanæ, eo quod naufragium in fide fecerint. Secunda  
est, irregularitas ex cap. 2. De hereticis. in 6. & ex I. quæst. 7.  
per multos Canones. Tertia est, inhabilitas ad omnem be-  
neficium vel officium ecclesiasticum, ita ut hereticus non  
possit esse Index Ecclesiasticus, adiutorius, notarius, &c.  
ex eodem cap. 2. §. Heretici; & ex cap. Statutum 2. eodem  
titulo & libro, de quibus dicendi alias dabitur locus ac-  
commodatior.

Tertiæ generis paucatum: nempe earum quas virtra antedi-  
ctas heretici manifesti & aperte incurunt ipso iure, sicut in foro in-  
teriori, quam in exteriori, tres sunt forme. Prima est, quod  
illi omnino prohibeantur consortio fidelium: id quod est  
quidem commune ipsis cum omnibus excommunicatis  
maiore excommunicatione: sed peculiare est in hoc, quod  
privilegium Concilij Constantiensis (de quo in I. i. num.  
110. & trib. sequenti) non obsteret quin ceteri prohibeantur  
cum illis conuersari; si periculum aliquod subuersio  
inde immineat, cum tencantur iure naturali & diuino ta-  
le vitare: dicente Apostolo in priori ad Corinth. cap. 6.  
Quæ conuentio lucis ad tenebras: & quæ Christi ad Bel-  
lum: & ad Titum 3. Hereticum hominem post vnam & le-  
cundam correptionem deuita, sciens quia peruersus est  
huiusmodi: ] & D. Ioan. in 2. Canonica, Si quis venit ad  
vos, & hanc doctrinam non adserit, nolite eum recipere  
in domum: ne aue ei dixeritis: ] Secunda forma est, quod  
per heresim patri manifesta, filius & qui ex filio de-  
cendunt, a potestate ipsius liberentur, & emancipentur ex  
cap. 2. De hereticis in 2. §. finali. Tertia est, quod ille qui a  
liqua obligatione aut debito adstringitur ut hæretico,  
liberetur nec amplius teneatur a fratribus per cap. ultimum  
De heret.

Sed adiuerte duplex esse debitum: unum reale, quando  
quis rem aliquam debet alteri ratione mutu vel alterius  
contraetus: & qui hoc modo debet heretico, non libera-  
tur a debito per manifestam heresim creditoris: quia pra-  
dicta liberatio à debito, est propriæ periculæ subuersio-  
nis: quod vix imminet Catholicis per realis debitis solu-  
tionem heretic faciendam. Quanquam tamen in duo-  
bus casibus a tali quoque solutione Catholicus liberatur.  
Prior est, quando hereticus putatur vñsus debito in per-  
niciem ecclesiæ, & Catholicorum: posterior, quando bo-  
nia ipsius sunt confiscata: tunc enim non illi sed filio per-  
solvuntur. Alterum debitum dicitur personale, quale est  
quod una persona debet alteri, ratione subversionis: de  
quio solo sermo est in memorato cap. Ex quo habetur id-  
ipsum debitum triplex esse, vnum fidelitatis, alterum do-  
minij, & tertium totius obsequij.

Debitum fidelitatis vocatur fides, seu fidelitas quam  
qui alteri debet. Et est duplex: vnum quod existit inter  
dominos & ipsorum subditos, hoc est, vasallos: alterum  
quod inter coniuges. Prior illud in eo constitutus, quod sub-  
ditus seu vasalli promittant & iurent se defensuros vitam,  
existimationem, & fortunas eorumdem dominorum, cō-  
tra quemque alium, qui non sit dominus ipsius. De qua  
re habetur cap. De forma, 22. quæst. 5. Et huiusmodi  
triplex est, vnum lumen quod debet Marchiones, Baro-  
nes, Comites & Duces Regi: alterum medium, quod dedent Barones, Marchionibus, Comitibus & Ducibus:  
tertius in infimum, quod alij infimi debent Baroni. A quo  
omni eiusmodi debito, propter dominum heresim mani-  
festam liberari vasallos, parer quoque ex cap. Nos san-  
ctorum & ex cap. Iuratos 15. quæst. sexta.

Quod attinet ad posterius debitum fidelitatis: ab eo  
etiam per heresim manifestam vnius coniugis, alter coniugis  
liberatur: si non omnino, saltem ex parte. Nam coniugis  
Catholicus ad vitandum subversioñ periculum potest  
coniugem hereticam deserere quoad habitationem,  
quamvis non possit aliud matrimonium contrahere. Id  
quod constitutum habetur in cap. 2. De diuotij.

Secundum debitum, dominii inquam, est seruitum seu  
seruitus, quam debent seruitus dominis. Duplex autem  
distin-

distinguitur seruitus: una mancipiorum, à qua per hæresim domini manifestam seruus liberatur: tum iure Canonicus per cap. vltimum De hæreticis; tum iure ciuii per legem 2. Cod. Ne mancipium Christianum, &c. Altera seruitus est famulorum, à qua etiam pari ratione liberantur serui per hæresim dominorum, quamvis seruitum iurauerint, ut docet Alph. à Castro lib. 2. de iust. hæretic. punit. cap. 7.

Tertium debitum est obsequij: quo nomine significatur ministerium seu reverentia, quæ exigit personalem presentiam. A qua etiam debito liberatur inferior per hæresim domini sui, autoritate eiusdem cap. vltimi. Id quod in filiis eriam ac seruis locum habere patet: quia talibus maius quam alijs imminent à parentibus & dominis periculum subversiois, propter autoritatem & potestatem, qua hi in illos possent: ac propter quotidiana exempla, quæ multum ad mutationem animi alludent. Cum igitur hæc ita sint, eo ipso, quo filius aut seruus patrem aut dominum hæreticum esse, si agnoscit, ut manifeste nec per incertas tantum coniecturas id constet: liber est ab illius subiectione: quoad conscientiam nimirum (ut notat à Castro loco citato) quia in foro exteriori cogetur redire ad suum illum superiorē, si nequeat probare ipsum esse hæreticum. Ceterum penas hæretens memoratas hæretici ipso facto, ac statim in conscientia incurrunt, non expectata Iudicis sententia. In quo cædem penas differunt à deinceps commemorandis: talisque differentiationes ratio hæredi potest, quod penas ipsæ memoratas, vel sint de iure naturæ: ab Ecclesiæ tamen declarata: vel certe in eodem iure fundata: cum ipsum exigat, ut qui liberetur ab alterius conuersione, ex qua periculum ei imminent. Deinceps vero commemorandæ, sint de iure pure positivo, Superioris tantum arbitrio & voluntate constituta.

Quartum genus igitur penarum, est illarum quæ ipsò iure quidem infliguntur: sed non possunt mandari executioni: nec reus illas perfolueri teneri ante Iudicis sententiam. Numerantur autem decem, quæ habent duos effectus ante Iudicis sententiam: unum quinque priores, & alterum quinque posteriores. Prior effectus est, quod retrotrahatur usque ad diem commissi criminis: etiam post mortem sententia: quod est iuxta dicta in preced. li. 13. c. 26. q. 3. propol. 4.) hæreticum postquam damnatus est à Iudice, cœlendum esse talib. penas subiici, notwithstanding a die datæ in eum sententia: sed etiam à die quo hæreticus esse, suamque hætesim prodere cœpit.

Eiusmodi penarum vero prima est: quod hæreticus ipso iure perdat omne beneficium & stipendium ecclesiasticum, prout habetur ex cap. Quicunque §. Hæretici, De hæret. in 6. Secunda est, quod omnia bona illius temporalia ipso iure confiscetur, ex cap. Cum secundum leges De hæret. in sexto: vbi etiam additur, non esse faciendam talis penas executionem, seu bonorum occupationem, nisi sententia fuerit super crimine promulgata per personam ecclesiasticanam (hoc enim crimen est mere ecclesiasticum ex cap. Ut inquisitionis De hæret. in 6. ) quæ habeat ad id portatem. De qua re video possunt antea dicta loco memorato. Tria autem aduertere oportet. Primum est, ob hæresim manitorum, dores vxorum Catholicorum non acquirifilo, nisi nupserint illis quos ante noverant hæreticos esse, ex cap. Decreuit De hæret. in 6. Alterum est hæretici hæredes qui Catholici sunt, si pacifice possidente illius bona 40. annis post ipsius mortem, praescribere: dominumque acquirere, ex cap. 2. De præscript. in 6. Tertium est, quod bona hæretici alienari non possint, quando sententia putatur in ipsum ferenda: nisi vel vrgeat necessitas vite ad quotidianum vietum emendum: vel ille cui alienatio sit, admonetur de tali periculo: vel alienetur titulo tantum lucrativo, nec oneroso: seu ita ut si qui illa accipit lucratur neque oneretur. Videri potest explicatio primæ difficultatis annexæ ante memoratae questioi nisi tertia.

Tertia pena est, quod hæret. ipso iure fiat infamis, ex cap. Excommunicamus 1. De hæret. §. Credentes: de qua plenius Alph. à Castro lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 9.

Quarta est, quod hæreticus potest excommunicari etiam post mortem, ut habetur 24. quæst. 2. cap. vlt. Quod ita intelligendum est. Sapientia ut aliquis sit hæreticus, qui tamē ignoratur talis esse: quo cognito post mortem, ecclesia declarat ipsutum excommunicatum, ut constat ex primis casis nonibus eiusdem questionis:

63.

Potest effectus est quod aliquæ istius generis pœnæ, ad exceptionem valeat, id est, quod ob eas in iudicio possit excludi actio hæretici, etiam nondum à Iudice damantiæ dñe hæreti. Tales autem pœnas sunt haec. Prima, indignitas & inhabilitas ad beneficia ecclesiastica & officia publica, per cap. Quicunque §. Hæretici, De hæreticis in 6. De hac Alphonsi. in fine memorati cap. noni. Secunda, quod hæresis cœleatur crimen publicum, Cod. de hæret. lege Manicheos. Dicitur autem publicum crimen, de quo potest quibus alium accusare, ut habetur Institut. §. 1. De publicis iudiciis. Videri potest idem Alphonsi. in codem cap. 9. Tertia est, quod aduersus hæreticum in testem admittatur, tum excommunicatus, tum hæreticus, tum etiam confosus criminis, ex cap. Si hæreticus, 2. quæst. 7. & ex cap. In fidei fauore De hæret. in 6. Quarta est, quod in hæresi, Iudex admittatur excommunicatus, & qui tantum de facta non de iure haberet iurisdictionem, ex cap. Præsidentes De hæret. in 6. Ultima est, quod in hæresi quando necessitas urget, procedere licet sine strepitu Adiutorum, ac sine figura exterioris iudicij, ex cap. fin. De hæret. in 6.

64.

Quinti generis pœnas, hoc est, quæ locum non habent nisi post Iudicis sententiam, sunt quinque. Prima, quod hæreticus ipso iure perdat omnem iurisdictionem. Non perdit autem ipso facto, propter priuilegium Concilij Constant. per quod prohibitus communicandi cum excommunicato, nisi sit denunciatus, aut publicus Clerici percussor, est relaxata. Secunda est, quod hæreticus si ordinis sacros habeat, ab illis degradetur, tradendus brachio sacerdotali, prout habetur De hæret. cap. Excommunicamus 1. & 2. §. Damnum. Tertia est, quod hæreticus per Iudicis sententiam deponatur ab omni dignitate ecclesiastica & ciuiili, ex cap. Adabo' eadam De hæret. Quarta, quod hæreticus ejiciatur in exilium, non tam iure canonico, quam ciuiili. Cod. De hæret. lege Ariani: & lege Quicunque. Quinta est, quod hæreticus priuatur beneficio appellacionis, id est, ei interdicatur appellare, idque tam iure ciuiili quam canonico, ut habetur De hæret. in 6. cap. Ut inquisitionis §. Utque de hæreti.

65.

Sexti & ultimi generis pœnas, id est, quæ non habent locum nisi post Iudicis sententiam, & quando eadem mandatur executioni, sunt duas: prior est perpetui carcere, de qua in cap. Excommunicamus 2. De hæreticis. §. Si qui: vbi dicitur, quod hæreticus etiam conuictus, damnatur ad perpetuos carceres: Posterior est extremi supplicij imposita iure ciuiili. Cod. De hæret. lege Ariani & lege Quicunque: de qua Alphonsi à Castro plura in lib. 2. De infaustis panitione cap. 11. & 13. & Couar. in lib. 2. variarum resol. cap. 10. §. vñ. Vbi ostendit merito hanc ipsam penam igne infligi. Atque hec satis de penis hæreticorum, nisi addere velis eam que post mortem infligitur, ut careant ecclesiastica sepulitura: ita ut ex cap. 2. De hæret. in 6. sepielientes illos, incurvant in excommunicationem; à qua non absoluuntur nisi propriis manibus eisdem extumulenti: atque locus vbi sepulti fuerint, profanetur.

## Q V A E S T I O VI.

Quinam alij intuitu hæreos puniantur præter hæreticos ipsos.

66.

Multa sunt præter hæreticos, qui intuitu hæreos incurunt penas Canonicas; quæ sunt triplicis generis.

Primum, genus earum quæ sunt omnino spiritales: ut pena excommunicationis: quam incurunt duodecim hominum genera: 1. credentes hæreticorum, hoc est, illi qui nulluna quidem habent in particulari errorem contra fidem, tamē credunt vera esse omnia quæ aliquis hæreticus docet. 2. hæret. fautoris, 3. receptatores, 4. defensores.

foras, & suscepit de hæreti. Hicque omnes, nisi infra annum se purgauerint, incurruunt omnes pœnas decretas hæreticis, ex cap. Excommunicamus i. De hæret. §. Credentes. Est tamen differentia quod quatuor primi incurruunt in excommunicationem reseruatam in bulla Cœnæ Domini, & vltimi nulli reseruatam. Circa quos vltimos notandum occurrit: suspeçtum de hæreti dici, & quasi hæreticu[m] damnari, cum qui ab illo cuius intercessu vocatus, ut de fide responderet, comparecere subterfugerit vel se cum cœtu[m] absenterat, &c; de causa excommunicatus est; & per annū animo pertinaci lentiorem excommunicationis sustinuit. Id quod habetur ex cap. Excommunicamus i. §. Qui autem De hæretici. Sexto loco numerantur legentes libros hæreticorum. Septimo, habentes seu tenentes eosdem libros. Octauo, imprimentes. Nonno, defendentes eos aperire vel occulte quovis praetextu. Decimo, sepielentes hæreticos & eorum fautores ac defensores. Ex quibus quatuor priores incurruunt iij excommunicationem reseruatam in Bulla Cœnæ Domini: postremi non item: sed tantum in iure communio cap. 2. De hæret. in 6.

Vndecimo, Inquisitores & eorum substituti, ac vicem gerentes, qui sinistre iudicant de hæreticis ex amore vel odio, vel spe lucri, hoc est, qui procedunt contra innocentes, & nolunt procedere contra nocentes, ipso facto incurruunt excommunicationem reseruatam Summo Pontifici, non tamen in Bulla Cœnæ Domini: sed in Clementi, prima §. Verum, De hæret. Episcopi vero qui id faciunt non incurruunt in excommunicationem: sed sunt per triennium suspensi, eo codem §. Veten. Diligentia autem quam hi adhibere debent in extirpandis hæretibus suis Diocesis traditur, in cap. Excommunicamus primo §. Adiuvamus. De hæret. Duodecimo, domini temporales, magistratus ciuiles, & potestates seculares, duces, Marchiones, per cap. Vt inquisitionis, in excommunicationem maiorem, nulli tamen reseruatam, incurruunt. tum ipsi, tum ministri ipsorum qui hæreticos iuvant aliquo ex his modis. Primus est, si requisiſti ab Inquisitoribus circa curam, custodiā, & inquisitionem hæreticorum, non obdiant. Secundus, si requisiſti ab Inquisitoribus ut hæreticos in certum & a se designatum carcere intrudant, detrectent exequi. Tertius, si aliquem tales ex carcere liberent absque facultate Inquisitorum. Quartus, si de hæretis criminis, quod est mere ecclesiasticum, cognoscant vel iudicent. Quintus, si post traditionem hæreticorum factam brachia seculare, sententiam non mandent executioni, pœnam debitam infligendo. Sextus si hæreticorum processus aut sententiam contra illos prolatam, impedian. Ultimus est, si opponunt se Inquisitoribus in aliquo actu circa hæreticos.

67.

Secundum genus pœnarum, cōtinet eas quæ non sunt omnino spirituales, sed quasi temporales, quas intuitu hæreticos incurruunt quatuor postulatum personarum genera. Primum est, quod ut hæretici, hæreticorum fautores, receptatores, & defensores: sū filii ipsorum & que ad secundam generationem sint inhabiles ad omnia beneficia Ecclesiastica: siue eis conferantur, collatio sit nulla, ex cap. Quicunque §. Hæretici. De hæreticis in 6. Id quod ex instituto declarabitur in sequenti lib. 30. tract. 3. vbi de ipsis beneficis agendum erit pro ratione indicandi de peccatis Clericorum. Secundum est, quod qui suscepunt dignitates, personatus, vel alia beneficia Ecclesiastica ad processus hæreticorum, sint eis priuati: siue id scient fecerunt: ad alia in posterum non admittantur beneficia, ex eodem cap. Quicunque §. Ad hæret. Tertium est, quod filii ( etiam Catholicis ) hæreticorum excludantur bonis paternis quando filii sunt acquisita, ex cap. Vergentis, De hæret. Quartum est, quod vxori Catholica que scienter cum marito hæretico contraxit, priuatur dote que filio acquiritur: ex cap. Decreuit, De hæret. in 6.

68.

Tertium genus pœnarum est illarum, quas criminolos non incurrit quidem ipso facto: istamen ob suum crimen dignus est, cui tales infligantur: quo modo digni sunt excommunicatione, excommunicari que debent sex genera personarum. In quorum primo sunt laici qui disputant

de fide cum hæreticis ex cap. Quicunque §. Inhibemus, De hæret. in 6.

In secundo sunt illi, qui non deferunt hæreticos Iudicibus ecclesiasticis. Inquisitoribus inquam, vel Episcopis, nec restantur aduersus illos, ex cap. Excommunicamus i. §. Credentes, De hæret. Id enim genus est quoddam fauoris aut defensionis. In tribus tamen casibus congruentes doctinae quam D. Thomas 2. 2. quæst. 33. art. 7. habet de correctione fraterna, censeti quis potest non teneri denunciare hæreticum. Primus est, quando credit ipsum non esse pertinacem in errore, ut si sit rudi persona vel idiota, tunc enim sat est ipsum admonere, quod sit in errore; sique se corrigat bene quidem: si minus iam redditur pertinax, & sit hæreticus, ac proinde est deferendus. Secundus est, quando facit aliquem actum exterritum hæreticum extitit more potius, quam ex errore: ut accidit Catholicis inter hæreticos degentibus, cum eorum conciones aedunt, carnis comedunt, &c. Tertius est, quando sperat sua admitione, illum deferturum hæretum.

In tertio genere sunt Clerici, qui aliquid testamento legant hæretico, ex cap. 5. & 6. De hæret. In quarto sunt Clerici qui administrant sacramenta hæreticis vel fautoribus ipsorum, ex cap. Excommunicamus i. §. Sane, De hæret. In quinto sunt illi qui eos tradunt Ecclesiastica lepitura & oblationes eorum percipiunt, de quo ibidem. In sexto genere sunt qui communicant cum hæreticis in sacramentis, id est, qui percipiunt ab illis sacramenta: quando scilicet ea administrant more hæretico: tunc enim moriendum potius est quam suscipere, cum id sit participare in eo quod aueratur oditque Deus, iuxta cap. Sic populus, & duobus sequentibus, quæst. 1. Secus vero si administrant sacramenta more Catholicorum. Nam secundum priuilegium Concilii Constantiensis licet ab eis Sacramenta suscipere, quandiu non fuerint denunciati nominati.

## QVÆSTIO VII.

Num hæretici respicientes sint recipiendi, & quo modo recipi debeant?

**Q**uemadmodum Deus nulli claudit viscera misericordiae, sed omnibus aperit, iuxta illud Ierem. 3. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me & suscipiam te; & illud Luc. 19. Filius hominis venit querere & saluum facere quod perierat ] & illud i. ad Tim. 2. Vult omnes saluos fieri ( quod etiam indicant parabolam Luc. 13. De one perdita & quæsita à bono pastore: & de prodigo amanter a patre recepto) ita Ecclesia pons Christi ei le conformans, nulli peccatori, ne quidem hæretico gremium claudit, sed obuiis ipsum vlius recipit. Cumque possit recipere dupliciter: uno modo ad salutem animæ; altero modo ad salutem tam corporis quam animæ: priore modo omnes hæreticos vere resplicant suscipit: quia eis nunquam denegat sacramenta Ecclesiastica, ex cap. Super eo, De hæret. in 6. Posteriore autem modo, non debet semper suscipere, cum talis suscepit non-nunquam possum in perniciem communem cedere.

Modus autem quo recipiendi sunt hæretici duplex est: alter concernens omnes fideles: ut ipsi nunquam illis exprobrent suas hæretes, aut alia huiusmodi labore eos aspergent, iuxta illud Levit. decimo nono. Si adiuvauerit vos moratus fuerit, non exprobret ei. ] Alter concernens Iudices Ecclesiasticos, quibus incumbit hæreticos resplicant recipere. Qui adhuc est duplex, unus in foro exteriori, magna ex parte pendens ipsorum recipientium, id est, Episcoporum vel Inquisitorum arbitrio. De quo videri possunt Alphoni. Alvarez in suo thesauro Christianae religionis cap. 53. & Alphoni à Castro in libr. primo. De iusta hæret. punitione cap. 24. Alter qui in foro interiori seruatur à Confessariis facultatem habentibus recipiendi hæreticos. Et consitit in quatuor.

Primum enim hæreticus resplicant ante omnia abiuare debet suam hæretim, iuxta cap. Si qui voluerit & cap. Saluberrimum i. quæst. 7. Quæ abiuatio debet duo con-

tinere:

69.

70.

71.

tinere: alterum detestationem & anathematizationem sui erroris iuramento firmatam: alterum, promissionem, iuramento etiam firmatam, non relabendi in heresim: sed retinendi libare fidem Catholicam iuxtam formam abiurationis qua habetur i. quæst. 7. cap. Quoties i. in quo etiam si videatur sermo esse tantum de Episcopis: à doctoribus tamen ad alios hereticos extenditur, congruent cap. Ego Berengarius De consecr. distin. 2: fit vero talis abiuratio: tum vi heretici offendit se sincere, non autem ficte redire ad Ecclesiam: tum etiam ne ipsis facile relabatur.

Secundo facta abiuratio hereticus debet prius absoluvi ab excommunicatione ob heresim incurva, quam sacramentaliter ab ipsa heresi, & ab alijs peccatis absoluatur: quia excommunicatio impedimentum est ab solutio- nis sacramentalis, prout exppositum est in fine præcep. lib. 6. Debet tertio ab solutio ipso ab excommunicatione dari, quantum fieri potest secundum formam à iure præscripta. Debet demum eidem hereticō imponi penitentia & latitatio, & simul iniungitalia nonnulla. Vide antedicta in libro nono cap. 4. Ceterum hereticus absolutus ab excommunicatione, hereti, & peccatis, manet adhuc subiectus alijs penitentia Ecclesiasticis: nempe irregulatitati & inhabilitati ad officia & beneficia Ecclesiastica. Vnde si vult ab his liberari, debet petere dispensationem à Summo Pontifice: vel ab alio cui ille dispensandi potestarem commiserit.

## C A P. V.

## De Apostasia à fide.

## S V M M A R I V M.

- 72 Definitio Apostasie, & quomodo hec ab heresi differat.  
 73 Apostasia à fide subiicitur iijdem penitentiæ quibus hereticus.  
 74 Præter Apostasiam à fide confituntur Apostasia ab ordine, & Apostasia à religione, cum quibus communicans in nomine non communicat in aliqua genericatione.

**D**E Apostasia à fide mentio habetur 2. quæstion. 7. cap. Non potest & 11. quæst. 3. cap. Julianus & 26. quæst. 7. cap. Non obseruetis & in Gregorii Decretalib. habetur titulus, De Apostasis, vt & in Iustinianeo Codice: aguntque de ea D. Thomas & interpres ipsius 2.2. quæst. 12. ac Summulari in verbo Apostasia. Definiri autem potest, error hominis Christiani ex toto contrarius fidei Catholicae.

In qua definitione pars illa, *ex toto*, Apostasiam ab heresi (cui cetera conuenient) distinguit: quæ distinctione an essentialis sit, duas diversas species constituunt: an tantum accidentalis, vt solummodo sit penes maius & minus: sicut rapina partis & rapina bonorum omnium; aliqua controversia est: quam disputant Bannes ad art. 1. citata quæst. 12. & Gregorius à Valen. disp. i. quæst. 11. punto 1. ac Thoinas Sanchez in opere morali libri 2. cap. 7. num. 16. & 17. Sed nobis sufficit aduertere quod idem Gregorius notat; extra controuersiam esse debere, quod Apostasia moraliter loquendo, adeo ab heresi differat ut necessario sit in confessione declaranda: non solum quia intra eamdem speciem multo grauior est, quam heresies: sed etiam quia ordinarie includit aliquam aliam infidelitatis speciem: nempe Iudaismum, aut paganisimum, ad quem Apostasie conuerterit. Nam duo in Apostasia notantur: unum est quod Apostata penitus recedat à fide: alterum quod conuertatur ad aliquam sectam superstitionis: quorum illud est essentialis: Apostasia, cum absq; eo nec esse nec concipi posse: hoc vero accidentale tantum, cum possit aliquis fidem quam professus est omnino deservisse, absque eo quod conuertatur ad sectam superstitionis: quod ipse quoque Gregorius annotat in seq. q. 12. punct. 1.

Ceterum eadem penitentia sunt decreta Apostatis, quæ hereticis, ut communiter notant Summulari in verbo Apostasia: & pater ex cap. Contra Christianos De hereticis in 6. veruntamen cum triplex sit Apostata: unus mente

tantum & interior: alter exerior tantum & facto: tertius interior & exterior simul: sicut de heretico dictum est, solus Apóstata tertij generis incutit tales penas, etiam si Ecclesia ex fictione iuris & presumptionis possit procedere contra Apóstatas secundi generis, nisi se de eiusmodi criminis purgauerint.

Præter hanc Apostasie speciem duæ aliæ ponuntur: una ab ordine, altera de religione, seu statu religioso: ponuntur inquam non quidem habita ratione communionis in aliquo genere, cum ista non sint, vt illa species infidelitatis, sed habita ratione vocis. Dicitur enim Apóstata ab apóstata, quod est retrocedere: arque ut ille qui primo fidelis fuit, recedens à fide ad paganismum vel Iudaismum, Apóstata dicitur: sic etiati dicitur ille qui cum sit initiatus sacro ordine, ab eiusdem ordinis statu, autoritate propria recedit ad vitam omnino laicalem: vel ducendo uxorem vel assūmendo statum repugnante statui Clericali, vt conferatur status militaris. Dicitur item ille qui à Religione quam solemniter vovit, recedit auctoritate propria, ad vitam laicularem. De quibus differere non est hius loci: licet Bannes 2.2, quæst. 12. art. 1. eorum explicacionem, explicacione eius de qua differimus coniungere voluerit: doctrinam notau dignam adferens.

74:

## T R A C T A T U S II.

## De spe &amp; ei contraria.

**S**PES fidei proxime subiungimus, eam charitati antepontentes ordine naturæ, quo prior est, cum possit sicut fides sine charitate esse, non item charitas sine ea: Ordine vero dignitatis eam præponentes ceteris, quas ad primum Decalogi præceptum pertinere diximus: quoniam est una ex virtutibus Theologicis, omnium præstantissimis. Principio autem notandum est, nomen spes primo impositum esse ad significandam affectionem appetitus sentientis; ita affinem amori & desiderio, vt cum ille sit absolute inclinatio in bonum, & hoc inclinatio in bonum absens facile: spes sit inclinatio in bonum absens difficile: quod tamen obtineri possit. Non enim speramus bonum presentem, sed amamus: nec item speramus bonum facile absens; sed desideramus: & bonum impossibile non pertinet ad voluntatem.

Ex aero acceptance id ipsum spes nomen translatum est ad eam de qua hic agere instituimus Theologicam virtutem, non lineatione: quia vt spes appetitus sentientis, requirit primo, bonum sensibile apprehensum: secundo, bonum absens: tertio, difficile: quarto, possibile: quinto, vt appetitus ipse sentiens, quodam animi vigore, & impulsu feratur ad tale bonum consequendum, ex D. Thom. 1.2. quæst. 15. art. 1. sic etiati proportione quadam spes quæ virtus est Theologica idem requirit. Nam fertur in bonum spiritale & eternum; quod est Deus vitaque eterna, per fidem apprehensum: illudque tum absens, tum etiam difficile (quandoquidem arduum est consequi vitam eternam) possibile tamen: vita enim eterna potest obtineri ex Dei gratia & misericordia, nostra cooperatione interueniente per bona opera: ac denum est cum quodam animi vigore, & impulsu. De ea autem sufficiet ad nostrum institutum explicitare tum illius definitionem & præceptum: tum via opposita: que sunt desperatio illi opposita per defectum: & presumptio eidem opposita per excessum.

## C A P. VI.

## De definitione &amp; præcepto spes.

## S V M M A R I V M.

- 75 Definitio spes cum explicatione.  
 76 Spes comparatio cum fide, & cum charitate.  
 77 Dari præceptum diuinum de sp., quod est affirmatum de se, & includit negativum.  
 78 Ut affirmatum est, pro quo tempore obliget.